

Notum sit cunctis Christi fidelibus; quod Dominus **Dietricus de liechtenstein** tradidit nobis tria beneficia unum Povmgartn. duo Sirninsdorf. una cum filia sua nomine **Wirat** quam in sororem suscepimus. Huius rei testes sunt. Waldmann frisingus ministerialis. Wernhardus de Gundramsdorf. Chalhohch de Siebinhirtin. Chvonrat de Rapotinstein. **Rapoto de S. Petronella, Herbort Gerolt. Reinolt. Heinricus** hii omnes de **S. Petronella**. Heinrich malhlin. Heinrich de Perga. Altman homo ecclesie.

Nro. 603. Fol. 42b.

Got. pp.

Sub eisdem testibus; eadem die per manum prefati **Dietrici de liechtenstein** traditum est beneficium ecclesie nostre Chrotindorf situm cum Olrico scolare quem suscepimus in fratrem annuentibus fratribus eius.

Nro. 604. Fol. 42b.

Notum sit Christi fidelibus quod quedam Ricardis una cum filio suo ottonne in die deposicionis mariti sui patris eiusdem pueri ottonis de missôve delegavit altari Sancte Marie predium I slünze et duo durrenpach. Hoc testificantur Chalohus frater defuncti. Pilgrimus de swarzenowe. Chalhohus et frater suus Ortolfus de mulbach. **Dietricus de lihtenstaine**. Hartungus et frater suus adeloldus de chiawe. chunradus de asparn. Hainricus senior de hertensteine. Rudolfus de chirchellinge. Hainricus de ulricheschirchen.

Nro. 424. Fol. 29b.

Sub p̄po.

Rudolfo (1194—1195.)

Roboret suo testimonio quisque fidelis quod dominus Chunradus filius domini Vlrici de asparn cum profecturus esset jerosolimam omnem querimoniam et litem diu cum ecclesia iniuste habitam pro predio potinbrunne siue Wihsilbrunne quod ante aliquos annos dominus Vlricus pater ipsius Chunradi pro remedio anime sue ecclesie contulerat. in presentia ducis friderici et ministerialium suorum qui tunc ibi presentes erant. deposuit. acceptis a fratribus XX^{ti} talentis. Hoc testantur Hartwicus tvmuott Chraft de amcinespach. Haidinricus de Gôrs. **Dietricus de lihtinstain**. Geroldus de Sahsingange. Addoldus de chiawo Rûdolfus stûbich Herbordus de landech rvodolfus et herbordus fratres de potindorf et alii quam plures.

Nro. 449. Fol. 31b.

D. p̄p.

(Dietrich 1195—1205.)

3. Rapoto.

Posteritati fidelium sub testimonio eorum qui presentes erant, insinuamus quod dominus **rapoto de lithenstaine** in susceptione filie sue **chunze** delegauerit altari S. Marie duo beneficia poistorf. nullo contradicente et eadem puella annuente. Hoc testificantur Germundus de acelinsdorf. Gotfridus ahter Hainricus de pvriches. Rapot rovber. Poppo plebanus in laugessehe. Chunradus de mosrah Rvodperth de chreithepach. Gerwich de wldinsdorf Rvdgerus eninchil. Hermannus Cocceral vlricus Mulich. Pertholt tiemo coci. Gundoldus uuller. walrab clericus. Chunrath pictor. Dietmarus uillicus de willehalemsdorf.

Nro. 428. Fol. 29b.

Rudolfo p̄po.

(1194—1196.)

4. Dietrich II.

Nouerint cuncti fideles quod **dietricus** filius **dietrici de lihtenstein** annuente matre et fratribus suis in susceptione sororis sue delegavit altari Sancte Marie tria beneficia sirnisdorf. huius rei testes sunt Wernher de ebenuelde. Vlrich esel. Wernhart de aitirbach. Gerunch. germunt Gerunch filius jungirici.

Nro. 401. Fol. 28b.

W.

(Wisinto 1216—1219 od. Walther 1220—1223.)

5. Albert.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod **Albertus de liechtenstein** tradidit ecclesie Niwenburgensi pro anima sua III^a beneficia et dimidium zohensunsdorf.

Nro. 363. Fol. 25b.